de la casa de probacio de la comp de Jhs de Sev 3

CENSVRA GE-
neralis contra errores, quib' recentes hæretici sacram scripturam asperserunt, edita a supremo senatu Inquisitionis aduersus hereticam prauitatem & apostasiam in Hispania, & aliis regnis, & dominiis Cesareæ Magestatis constituto.



Pinciæ.
Ex officina Francis. Ferdinan. Corduben.
Cum priuilegio Imperiali.
Tassada en quarenta marauedis.

Pedro de Tapia

El Rey.

POR quanto por parte de vos Franciſco fernandez de
Cordoua impreſſor, vezino deſta villa de Valladolid, me
a ſido hecha relaciõ, q̃ viſto por el muy Reuerendo in chri
ſto padre Arçobiſpo de Seuilla, inq̃ſidor general en nr̃os
reynos y ſeñorios, y los del nr̃o cõſejo, de la ſancta y gene
ral inquiſiciõ. Los herrores q̃ muchas impreſſiones delas
Biblias q̃ ay en eſtos reynos tienẽ, las auiã hecho ver y exa
minar en las vniuerſidades de Salamãca y Alcala, y por otras perſonas do
ctas q̃ en nr̃a corte reſidiã, para q̃ por ellos viſtos los dichos herrores, ſe en-
mẽdaſen y quitaſẽ dellas, y q̃ auiẽdo ſe platicado y cõferido diuerſas vezes cer
ca dello, ſe auia hecho cierta Cẽſura, por la q̃l ſe notã los herrores q̃ en ellas
ay. Que nos ſuplicauades y pediades por merced vos dieſſemos licẽcia y fa
cultad, para q̃ vos o quiẽ vr̃o poder ouiere y no otra perſona pudieſſe impri
mir y vẽder la dicha Cenſura, por tiẽpo de diez años primeros ſiguientes, o
como la nueſtra merced fueſſe. Y yo acatando lo ſuſo dicho y conſideran-
do lo mucho que importa al ſeruicio de nueſtro ſeñor y mio, y bien vniuer
ſal dela religion chriſtiana, que la dicha Cẽſura ſe imprima, por ſer coſa q̃
con tanta deliberacion y acuerdo ſe a hecho, tuue lo por bien. Y por la pre
ſente os doy licencia y facultad para que vos o quiẽ vueſtro poder huuiere,
y no otra perſona, durante el tiempo delos dichos diez años, que corran y ſe
cuentẽ deſde el dia de la data deſta nueſtra cedula, podays impremir y vẽ
der la dicha Cenſura, durante el qual dicho termino mando y prohibo a to-
das y quales quier perſonas de todos nr̃os reynos y ſeñorios, q̃ no puedan im
primir ni vender ni traer de fuera a ellos la dicha cẽſura. So pena q̃ ſi las im
primierẽ o vendieren ayan perdido y pierdã todas las q̃ huuierẽ impremi-
do y tuuierẽ pa vẽder, y mas incurrã en pena de cient ducados para la nr̃a ca
mara. Cõ tanto q̃ no podays vẽder cada vna delas dichas Cenſuras por mas
precio de quarenta marauedis. Y mandamos a los del nueſtro conſejo, y a to
das y quales quier juſticias, delos dichos nueſtros reynos, que guarden y
cumplan eſta nueſtra carta y contra ella no vayan ni paſſen, ni conſientã yr
ni paſſar agora ni en ningun tiẽpo ni por alguna manera. So pena dela nue-
ſtra merced y de diez mil marauedis para la nueſtra camara a cada vno que
lo contrario hiziere. Fecha en la villa de Valladolid. A ſiete dias del mes
de Agoſto, de mil y quinientos y cinquenta y quatro años.

La princeſa.

Por mandado de ſu mageſtad. Su Alteza en ſu nombre.

Iuan Vazquez.

PRAEFATIO IN CENSVRAM.

VIX dici queat, quãto discrimine Christianæ religionis, & Catholicorum omnium, hæretici nostrorum temporum hoc malum machinentur, vt & sua falsa dogmata per vniuersas Christiani orbis prouincias disseminent: & pro sacra scriptura venditent atq; haberi contendant. Nam eo vesaniæ progressi sunt, vt non solum ausi fuerint pestifero multarum hæresum veneno omnia inficere: sed nec vereantur noua nnuc reperta techna vsq; adeo sacram sripturam deprauare, tantamq; illi vim in ferre, vt iam ipsas sacras literas loqui cogant, quod illi volunt, & quicquid impietatis commenti sunt. Vt quemadmodum imperitam plebẽ permissa viuendi licentia & impunitate a vera fide alienarunt, ita nunc aduersus eruditiores grauiorem pugnam mediten-tur, dum sua dogmata per annotationes, summaria & titulos sacro textui adscribentes, conantur ostendere, aut eadem omnino esse cum diuinis, aut manifeste ab ipsis eruta atq; desumpta: vtentes nimirum eorum fraude, qui, cũ clam venenum alicui præbere cupiunt, mulso temperare solent: vt prius occulta eius vi intercipiatur, quam dolum intelligat. Ad hunc modum vidẽtur hi diuina eloquia eo animo perlustrasse, vt inde excerperent quicquid erroris sui speciem aliquã præse ferret: atq; ita lector semsim primo ex sacris literis ea loca accepta cõcipiat, deinde hausto

veneno in eorum prauam sententiam præceps feratur. Verum Christus, qui pollicitus est senum cq; ecclesiæ suę defuturum, eorum impios conatus fregit ac dissipauit cõsilia: cum in hac temporum calamitate prǽfecit terris inuictissimum Imperatorem Carolum quintum, vnicum ac singulare Ecclesiæ præsidiũ, diuinitus ad hæc secula reseruatum. Vt quando ille arcano quodam cõsilio permittit Ecclesiam suam nouarum semper hæresum fluctib⁹ vexari, qui Petri nauiculæ naufragium minentur, contra paratum habeat ministrum, perquem signa sua edat, & in brachio excelso ad in gentem nominis sui gloriam, superborum potentiam comminuat. Oportuit autem vt, sicut ab Arriana peste, nulla magis infestauit Ecclesiã, quam hęresis nostra ætate partim exorta, partim nunc denuo ab inferis reuocata: ita defensorem exhiberet multo potentiorem, quam ad alias superiorum temporum, more egregii medici, qui pro morbi grauitate medicamentum adhibet. Iam nulla hac pestis sæuior extitit, siue violentia & armis, siue numero profitentium, siue ementita eruditione: vt ad tantam impietatem cum vi magna coniunctam, patrono opus esset potentia & pietate præstanti. Vt altera eorum motus compesceret, altera superaret: dum eos non tam armis prosternit, quam, quibus illi se maxime iactant, literis & sapientia. Nam disputatione potius & coacto patrum Concilio eos domare studet: & inter alias excelsi pectoris sui curas hoc etiã cauet solicite, ne qua illi aut libris aperte noxiis, aut aliqua ex parte suspectis veræ fidei cultoribus noceant: iubens in eos curiose inquiri, & seuere in legẽtes animaduerti. Nec dubium quin, nisi talis propugna-

tor ecclesiæ contigisset, vt potens ita pius, eximia in Chri
sti fidem charitate & zelo accensus, religiosus auorū san-
ctimoniæ imitator, vnicus veritatis Euāgelicę, Ecclesiasti
cæ q; immunitatis vindex & assertor, illā in gentem cladē
accepisset: nec vnq̄; alias maiorem fecisset iacturam. Eam
etiam pari studio ac diligentia prohibet inclytus Hispa-
niarum Princeps Philippus patre & maioribus dignissi-
mus: qui & singulari pietate, qua sacra omnia fouet, & fa
uore, quo literarum studia ac studiosos amplectitur, hāc
& literariam & piam curam minime neglexit: sed maxi-
ma quadam solicitudine præsentissimum remedium tan
to malo per viros industrios quam primum afferri māda-
uit & adhuc crebro instat: paratus nimirum & ipse ad suc
currendum labenti religioni inuicto animi sui robore &
constantia, ac quibus plurium etiam potest consilio & ar-
mis. Quibus rebus tale hactenus generosi animi specimē
præbuit: vt nec felicitate nec gloria rerum gestarum, nec
aliarum diuinarum virtutū magnitudine maioribus suis
vlla ex parte, inferiorem futurum arbitremur. His custodi
bus ecclesiam tutam fore, ac tantis ducibus aduersariorū
impetus repressurā proculdubio speramus: tametsi Deus
lento gradu ad vindictam procedat qui iuxta, modum ꝓ-
uidētiæ suæ omnia vult disponi, fortiter quidē, sed suaui
progressu, & ignoto mortalibus cōsilio. Nec minus Deū
Ecclesiæ suæ ꝓuidisse res ipsa testatur, cum per pios, bello
& pace clarissimos ac vere catholicos Hispaniarum reges
Fernandum & Elisabeth sacrum Inquisitorum ordinem
& officium cum summa potētia & autoritate institui vo-
luit, ad quos omnium rerum ad christianam fidem pertinē

tium indagatio, & ſupremum iudicium deferrẽtur. Qui vt in aliis, ita etiam in præſenti periculo, qua fuit opus vigilantia & dexteritate, magnam illi opem attulerunt. Niſi enim huius ſancti offitii ſeueritas effrenes animos coercuiſſet, & exacta diligẽtia (quæ nunquam in re tanta nimia eſſe poteſt) tam impiis conatibus occurriſſet (vt hominum ingenia ſemper rerum nouitate oblectantur) fortaſſe intra domeſticos lares & Hiſpaniȩ viſcera eadem mala haberemus. Quare huic ſacro Inquiſitorum ordini & miniſterio debetur, quod in tanta gentium & nationum perturbatione, fere vna Hiſpania, quantumvix vnquam, vera ac pura religione fruatur: dum præter cætera ſtudioſe curãt ne hæreticorum errores aut manifeſtis autoribus, aut prætextu ſacræ ſcripturæ irrepentes, in cautos fallant. Quæ cauſa hunc noſtrum ſenatum (cui præcipue ſacræ Inquiſitionis adminiſtratio commiſſa eſt) ad hanc curam mouit: inueſtigandi ſcilicet loca, quæcunq; hæretici labe aliqua reſperſerunt: ac ſingula digna Cenſuræ nota inurendi: vt ea veluti antidoto quodam cõtra mortiferum illorum veneum lectores vtantur. Hac itaq; mente nos publicæ omnium vtilitati proſpicientes, hunc laborem ſuſcepimus: ad hibito inſuper ad hoc mulctorum doctiſſimorum & religioſorum virorum conſilio, preſertim facultatis Theologiȩ ſcholȩ Complutenſis: quæ maximũ in hoc opere ꝓ nobis atq; adeo pro tota ecleſia ſubiit laborem. Igitur viſſis & nõ exigua cura & ſtudio examinatis omnibus Bibliis, textu præſertim ad uerbum accurate expenſo, ea deſumpſimus, quæ digna caſtigatione nobis viſa ſunt, & vnicuiq; calculum noſtrum adiecimus. Ad quẽ antequã

veniamus, pauca quedam nos præfari oportuit: vt Censuræ nostræ ratio intelligatur & modus. Principio in textu vulgatæ editionis nihil notauimus: tamet si pleræque Bibliæ varient & inter se, & a Græcis exemplaribus. Tum quia eadem varietas reperitur in codicibus iam olim excussis: tum quia præter argumentum fecissemus. Neq; enim nostrum institutum est, docere que lectio sit verior, vel quæ Græcæ aut Hebraicæ veritati magis consentanea, sed an hæretici in eis aliqua loca coruperint. Quod cum in textu ab illis minime factum sit, consulto prætermisimus. Idem seruauimus in Bibliis, quæ nouam habent translationem ad veritatem Græcam & Hæbraicam: quæ non solum verbis discrepant a vulgata, sed sæpissime etiam sensu, intacta relinquentes: q in his magis periclitetur fides interpretis, quam Sacræ scripturæ. Nam cum illa fœcumda sit sensibus, sine vllo periculo potest hunc & illum admittere. Quod si verior non est redditus: autor potius mali interpretis functus erit officio, quã errantis in fide. Propterea ex his nihil attigimus: nisi vnũ aut alterum locũ, quæ feliciori sæculo prætermitti quoq; potuissent. Quale est Pœnitentiam fere semper verti in resipiscentiam: & pœnitere in resipiscere. Non q ignoremus, idem valere vtrumq; apud pbatos autores: sed quod intelligamus istos tollere omnem dolorem anteactæ vitæ & statuere iustificari hominẽ sola mutatione vitæ per fidẽ sine vllo aut corporis, aut animi cruciatu ob admissa peccata, idq; affirment Græce esse τὴν μετάνοιαν. cui potius respondeat resipiscentia, q̃; pœnitentia. Quia igitur interpretes illi, quicunq; tandem sint, ad hunc errorem

videntur declinasse, tam costanter, vbi nostra versio habet pænitentiam, resipiscentiam vertentes, vissum est admonere lectorem, ne illud verbum in sensu hæreticorum accipiāt: sed vt sumitur ab Ecclesia Catholica & a viris grauissimis verborumq; elegantia præstantibus, qui & ea voce ita vtuntur & μετάνοιαν. in pœnitentiam vertunt. Deinde illud nobis pręfandum est, ne quis miretur, si viderit multa loca a nobis animaduerti, quæ ex serie literę videntur deducta. Nam nos non tam verba persecuti sumus, q̄ mentem illorum, qui notas in marginibus apposuerunt: aut rerum capita in titulos siue summaria capitulorum reduxerunt: aut deniq; annotationibus aliquot locos interpretati sunt. Nec enim latere potest eorū versutia. Nam cum ex quocunq; textu sacrę paginæ multa præclara colligi potuissent, quæ ibi tractantur: in nonnullis Bibliis quasi ex professo ea tantum loca adscribūt quæ vtcunq; ad fouendos illorum errores videntur agere. Aut si qui sunt, qui omnia colligant in textu contenta, multa passim veris falsa intermiscent: idq; vel additis verbis vel detractis: vt nemo sit tam ignarus, qui non intelligat ea malitiose fuisse annotata. Quare cum nos videam⁹ illa passim citari ab herætericis in alicuius suorū errorum cōfirmacionē, merito suspicati sumus ab hominib⁹ parū integræ fidei esse tā scripta. Præsertim cū adiūgāt aliqua falsa & erronea ex operib⁹ hæreticorū desumpta, quæ nec textui cōueniūt, cui apponūtur: nec apte ibi collocari potuerū, Quæ omnia non tā augent suspitionē, q̄ opinionē nostrā confirmāt. Id circo coacti summus quædā notare quę in sacris libris contineri videntur, quod ab illis ad impiū sensum detorqueātur: vt sciat lector quid vitare debeat.

¶ Exemplum esse potest de his, Fides iustificat: siue iustifa camur ex fide. Habrahã ex fide iustus: & similib⁹. Nã quis neget iustificari hominẽ ex fide, cũ Paul⁹ prædicet? Verũ illi de sola fide exponẽtes seclusis operib⁹, hęreticã ꝓpositionẽ reddiderũt. Iam cũ Paul⁹ ibi loquatur de operib⁹ legis quã ita fidei opponit, vt satis cõstet, eũ loq de operib⁹ ueteris legis, vel ante fidem susceptam, vel sine fide Christi factis: in quibus etiam tunc Iudei gloriabantur, & totam salutis suæ spem collocabant: id quod non vno in loco declarat, quis non videat perperam detractam eam vocem, & dictum simpliciter, fides iustificat non opera? Cur non additũ est, opera legis veteris, aut fide Christi destituta, vt Paul⁹ aut exprimit aut intelligit? Annõ est hæc aperte malicia? Simile est illud, nõ in manu factis tẽplis habitat Deus, quæ fuit vox primũ Stephani, deinde Pauli ad Athenienses: verũ versute coacta ad subertendas aras, tẽpla, & sacra. Item idolorum statuas lex vetus præcipiebat demoliri ac deum tantum colere. Quid hoc in lege noua ad tollendas imagines? Cacodæmonum simulacra euertenda: ergo sanctorũ imagines? Iam gens illa prona erat ad idolatriã: cuncta pro Deo colebat more Ægyptiorũ. Quid hoc ad cultum sanctorum negandum, quos Ecclesia multo aliter iubet venerari? Quasi vero idem sint sanctorum imagines & idola, idem coli quod adorari, quod vel cogitare impium est. Ad hunc modum de multis aliis dicendum.

Quam obren ea fuit Censuræ nostræ ratio, vt non solũ hęretica damnemus, sed admoneamus, multa vere catholica trahi ab hęreticis in prauum sensum: ne quis in illum incidat: sed cum Ecclesia semper sentẽtiat & loquatur. Porro non dubitamus, futuros quãplurimos, qui non fuissent in

tellecturi illorum mentem aut imposturam : ſed commo-
dius nobis viſum eſt, rationem habere eorum qui labi poſ
ſent non admoniti: ne aut cum illis per incuriam errent:
aut putent: locum in aliquo ſenſu vero a nobis damnari.
Propterea opus fuit errores illorũ referre: quamuis præ-
ſtitiſſet, ab omnibus ſemper ignorari. Ad hæc lectorem
admonitum volumus, noſtras caſtigationes tam paucis a
nobis fuiſſe perſtrictas, ne in ingens volumen excreſcerẽt
quod neſceſſe erat ſi aut theologico more errores confu-
tare, aut verum cuiuſq; loci ſenſum ſtabilire voluiſſemus
Compendio enim ſcribi hæc non poterant: vbi vel ſolus
numerus iuſtum fere, volumẽ facit. Deinde ꝙ non ſit præ
ſentis negotii ſacras leteras exponere: ſed aliena a vera fide
diſſidentia cenſoria virga iugulare. Non enim doctorum
ſed admoditorum aut potius Cenſorũ officio fungimur.
Poſtremo quoniam tot viri doctiſſimi multis libris editis
ſatis copioſe in hoc argumento verſati ſunt: vnde plura
petere poſſit, qui volet. Qui cum in reuincendis hæreti-
cis in his eiſdem tam feliciter deſudauerint, non ſolum la-
borem noſtrum ſuperuacaneum ſi prolixius ſcriberem⁹,
ſed ingratum quoq; fuiſſe futurum arbitramur. Quoniã
autem in omnibus Bibliorum ſiue ſcholiis, ſiue titulis &
marginibus, quædam adeo frequenter repetũtur aut ſub
eiſdem verbis: aut parũ mutatis, vt infiniti eſſet operis om
nia loca recenſere: nec fieri poſſet ſine magno faſtidio, ne-
ceſſarium etiam duximus, condere generales quoſdam ca
nones ſeu regulas, quibus quam poſſemus ſuccincte ea
omnia comprehenderentur. Vt ſciat lector vbicunq; inue
nerit id, quod a nobis ſemel obſeruatum eſt, aut quid ſimi

le,eo gradu notationis esse habendum. Insigniores vero locos tantum in his regulis attigimus, cum alioqui solenne sit istis plerosque errores variis dicendi modis proferre: vt palam fiet legentibus Censuram, quemadmodum de iustificatione dictum est,cuius & salutis nostræ crebra fit mentio apud istos: vt totam tribuant fidei,nullum locum relinquentes operibus. Vt cum dicunt, iustus ex fide: iustitia nostra fides: viuere ex fide: sancti sunt, qui Deo fidunt. Quæ omnes propositiones & si quę alię huiusmodi repe riantur, pro eadem haberi debent atque censeri. Idem dicendum de satisfactione nostra, quam totam ascribunt passioni Christi: nihil humanis meritis. Id nonunquam aperte enũtiant, vt, sola satisfactio pro peccatis Christus: sola hostia pro peccatis Christus: satisfactio nostra Christus & similes. Nonunquam obscurius: sed ita vt nemo nõ intelligat prauum eorum animum. Vt cum dicunt, vni Deo cuncta ad scribenda: Deus vult omnia sibi tribui: omnia a Deo: & aliæ huiusmodi, quę catholicæ sunt in eam sentenciam, in quam traduntur a sacris doctoribus, sed cum isti per eas videantur tribuere Deo totam iustitiam nostram & satisfactionem, autque omnia siue bona, siue mala sint a Deo: & nihil a nobis: aut quid simile (nam eadem via multos astruunt errores) eo quidẽ sensu falsę sunt & impię. Modestus enim loquendi modus sanctorũ, in errorem trahi non decet: vt negetur aut arbitrii libertas, aut necessitas operum, quas illi totis libris docuerũt. Quis vero neget, omnia bona a Deo procedere & illi esse tribuenda: cum hoc ipsum, quod possumus boni agere, diuinę benignitatis & gratiæ sit? At inde colligere nos nihil posse, fatuum omnino est:

neq; in hoc sensu illa, aut a sacris scriptoribus, aut a doctoribus sanctis dicuntur. Nam quis ignorat, propositionē eandem seorsum positam in multos sensus deduci posse, & aliquem admittere ex vi verborum nimis abhorentem a sensu scripturæ, qui ex tota serie textus constat? Quod his peculiare est, quoties aliquid reperiunt, quod alicunde ad confirmanda sua dogmata trahi possint: licet textui repugnet. Quare iure optimo huiusmodi ꝓpositiones a nobis notatæ sunt: ne in hæreticum illorum sensum accipiantur. Tot autem sunt modi variandi hunc errorem, vt magis generali canone ꝙ particulari conprehendere liceat. Eiusmodi est illud ab ipsis varie repetitum, cum dicunt reperiri in sacris literis, ꝙ iustificamur ex fide: non autem ꝙ iustificamur ex operibꝰ: non ergo opera necesaria sunt ad iustificationē. Quoniā hoc est celebre illorū argumētū in plerisq; erroribus suis, hoc ita reperitur expressum in sacris literis, hoc ergo tantum, & nihil aliud tenendum est. Quasi vero (vt taceamus de beato Iacobo, cuius autoritatem illi eleuare conantur, qui toties affirmat iustificari hominem ex operibus) illud Pauli, non enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabūtur, non satis expresse necessitatem operum ad iustificationem cōtineāt, quāuis sub ea forma verborū nō dicatur, quā isti exigūt: aut quasi sacræ literæ doceāt sub ea tātū forma, ac nō plura colligantur ex ipsa serie & cōtextu rerū præcedentiū & sequentium, quæ æque expressa dici possint. Ad eundē modum eliciūt, tantū petendum in nomine Christi: quia diuina eloquia non docent, vt ipsi existimant, petendum in nomine aliorum. Ex hoc fonte in multos errores prolabuntur: vt cum dicunt, verbo Dei adhærendum, inde cō-

ficiunt, tantum verbo Dei adhærendum: non faciendum quod præcipit humana lex, siue Ecclesia. Ob idq; sæpius exaggerant verbum Dei: vt innuant, hoc solum nobis sequendum non præcepta hominum. Idq; variis modis effecerunt: quos ita oportet intelligere, ne leges humanæ excludantur.

¶ Iam fides pro fiducia passim vsurpatur: resipiscentia, pro pœnitentia, vt superuis diximus, ita perpetuo vt plerũq; vbi textus habet pœnitentiam mutent in resipiscentiã: qui abusus vocis tam frequẽs est, vt molestissimũ fuisset loca omnia trãscribere. Quo circa generali canone opus fuit, vt semper caute legatur: vtq; etiã moneamus non improbari a nobis resipiscentiæ vocabulum, sed declarari, qua significatione sit accipiendum. Idem dicendum de fide: nõ enim negamus includere fiduciam, sed esse eam tãtum, vt illi volunt. Ad hęc vbicunq; textus Scripturæ agit de charitate, iustitia, bonis operibus, quod ad hærendum sit Deo, q̃ ille sequendus & similibus, isti interpretantur de fide: vt facile est videre cuicunq; legenti: ac si idem esset fides quod iusticia: idem quod charitas aut q̃ nulla alia bona opera Deus a nobis requirat preter fidem: nec q̃ aliter sit Deo adhęrendum nisi per fidem. Ita omnia quæ Deus a nobis postulat in scripturis, annotant, intelligenda de fide: etiam loca vbi de fide nulla mentio est, quare oportet vnumquenq; aduertere eorum calliditatem: ne existimet ita esse in textu, vt isti referunt & colligere se fingunt. Nã alia, quæ nihil attinẽt ad suos errores, bona fide adscribũt: hæc vero miscent: vt ita incauto lectori imponant.

Præterea notandum, sæpissime reperiri tam in glossulis quã in marginibus, & summariis, iustos appellari fideles:

iniustos autem in fideles: & ita fere semper, vbi textus habet iustum siue iniustum, vertere fidelem & infidelem. Per inde atq; idem sit fidelis & iustus : idem infidelis quod iniustus: neq; iniustus quisq; esse possit, quin statim sit infidelis & amittat fidem: quæ proculdubio manifesta est hæresis: nimirum q̄ peccatores careant fide. Obuia autem erunt legenti innumera loca, vbi hic error sæpe iteratur. Sed præsertim in psalmis in plerisq; Bibliis excusis sub magna forma, vbi, quoties in textu habetur iustus aut impius, isti annotãtes vertunt fideles & infideles. Quia ergo vix numero compræhendi poterant, omissa in Censura ad hunc generalem canonem reseruata sunt.

¶ Porro sciendum multa esse in istorum annotationibus super vetus Testamentum, quæ vt in eo quidem loco & sensu literali vera sunt. traslata autem ad legem nouam & moralem sensum, sunt manifesti errores. Vbi non damnantur propositiones illic positæ sed mala mens detorquentium illas, ad longe alium sensum q̄ habeant in locis vnde deducuntur. Vt quot notant Iosue capit. xxi. Vt soli Deo fidant, & Micheæ. vii. in solo Deo confidendum. Hiere, xvii. confidendum soli Deo. Esa. xxx. irascitur Deus si preter ipsum humano Consilio innitamur. Nam quod Deus illic præcipit, victoriam non esse tribuẽdam viribus humanis, non collectis militum copiis, aut ingenti bellatorum numero, sed diuinæ potentię & auxilio, isti more suo ad longe diuersum sensum impellunt, maxime q̄ alienum a literali, vnde deducunt. Nempe vt his persuadeant, minime sanctis esse confidendum,

neq; ab illis auxilium sperandum ad recte agendum, siue aliquid a Deo impetrãdum, ac pro inde nõ esse inuocandos, nullas ad eos fundẽdas preces, deniq; totã illã colluuiem errorũ, quos ea de re aduersus sanctos cõgerunt. Neq; id vno tãtũmodo enũciãt: sed variis vt cętera. Vt quod notant in capit. vii. Iudi. Deus volẽs omnia sibi soli tribui, iubet bellatorum numerũ minui: nã id ad eundẽ errorem spectat: hoc est nihil aliis tribuendum nisi soli Deo: ad illũ etiã, q̃ omnia siue bona, siue mala a Deo sint: nihil a nobis neq; a libero arbitrio: & ad alios impios sensus vt superius retulimus.

¶ Præter hæc omnia sciendũ, in hac Cẽsura signari in singulis quibusq; locis librũ & caput vbi herror est animaduersus: non autem signari peculiarem partem textus, cui is error aplicetur. Primum quia extra causam omnino esset, nec enim dicere instituimus recte ne isti an secus suas quibusq; locis summas accomodent, sed notare quicquid a fide catholica deuiat, quocunq; loco aut cuiuscunq; rei gratia dicatur. Deinde quia (& si id fieri alicubi facile foret) impleris q; tamẽ locis perq; arduũ fuisset & molestũ. Nã quædã apponuntur super partẽ textus ita magnã, vt longum esset trãscribere. Iam vero, quæ sunt in titulis & summariis capitulorũ, adeo impleris q; cõfusa sunt, vt vix quisq; diuinare queat, at quã partẽ textus referri voluerint. Quod igitur in omnibus seruari nõ potuit, omittendum duximus, relinquentes id iudicio lectoris.

¶ In omnibus autem Bibliis in hac Cẽsura castigatis pręsertim excussis sub magna ac mediocri forma statim in principio, summæ quædam generales continentur, osten

dentes quid in singulis sacrorũ Bibliorũ libris doceamur: quæ quia erroribꝰ variis corruptæ sunt, ideo omnes prsus tolli: ac deleri ex his ipsis Bibliis decreuimꝰ. Idẽ cẽsemꝰ faciẽdũ de elenchis seu indicibꝰ qui in eisdẽ Bibliis addũtur, ꝓpterea ꝙ multo pluribꝰ & grauioribꝰ erroribus scateãt.

¶ Quanq̃ autem potuissemus vnius cuiusquis Bibliæ errores seorsum colligere: designantes illam quo Prælo Typographo atq; anno excussa sit, tamen compendii causa, ne hoc opus plus iusto excresceret, consultius putauimus, si omnes omnium Bibliarum errores vna Censura comprehenderentur: atq; in fine recenserentur, quæ a nobis reuisę sunt & cognitæ: addito Tipographi nomine, impressionis, & año quo impressę sunt, vt siue in his, siue in aliis quibuscunq; hos aliosue similes errores deprehenderit, sciat lector eadem nota feriendos esse.

¶ Postremo illud aduertendum est, istos non solum ausos fuisse, tot errorum maculis sacram scripturam deturpare, sed neq; veritos sacrilego etiam ore libros, quos iam olim pro canonicis ecclesia habet, resecare e canone sanctarum scripturarum & apocryphos asserere, quod in multis Bibliis in hac Censura contentis nunc in marginibus, nunc in titulis impudenter faciũt. Vt quoniam illos aperte vident agere ad plane confutandam ipsorum impietatẽ & nefanda dogmata, eorũ autoritatibus nostros vsos, hac arte eludant: cũ aliter nequeãt tã manifestis testimoniis repugnare. Quare ea in re cautũ lectorẽ esse oportet, ne cũ illis erret: sed eos omnes pro canonicis habeat, quos Ecclesia catholica cũ iã olim in multis Cõciliis, tũ nouissime in hoc Tridẽtino, inter libros canonicos habet & numerat.

IMPRESSIONES Bibliorum, quæ indigent caſtigatione & Cēſura, ſunt quæ ſequūtur.

IM preſſa Antuerpiæ, per Martinum Cæſarem, Anno. M.D. xxxii. & xxxiiii.

¶ Antuerpiæ, in officina Ioannis Stelſii, añ o xli. & . xlii.

¶ Biblia cuius Titulus eſt, excudendum curabat Antonius Goinus .xl.

¶ Antuerpiæ, per Iacobum Liſuelt, xlii.

¶ Antuerpiæ, per Ioannem Theobaldum, xxvi.

¶ Antuerpiæ, per Ioannem Sthelſium. xxxviii.

¶ Antuerpiæ, per Guillelmum Worteſman. xxviii. & xxxiiii. & . xl iiii. & xlv.

¶ Antuerpiæ, per Henrrichum Percterſem. xl.

¶ Antuerpiæ, per Antonium de Lahide. xli.

¶ Biblia Græca, Argētorati, apud Huuoluiū. Cephaliū in mediocri forma, xxvi.

¶ Baſileæ, ex officina Frobeniana, xxx.

¶ Baſileæ, per Frobenium, xxxviii.

¶ Baſileæ, apud Nicolaum Brilinguerum. xl iiii.

¶ Baſileæ, cum annotationibus Sebaſtiani Muſteri, Anno. xxxv.

¶ Bibliæ, ſub maxima forma, in quibus non deſignatur forma impreſſionis, aut impreſſoris.

¶ Biblia, quæ ſic habet. Excudebat Franciſcus Griphius, xli. & . xlii.

¶ In mediocri forma ſine nomine loci impreſſionis. Lugduni, in ædibus Vincētii d Portonaris. xxxvi.

¶ Lugduni, ſub inſigni Salmandriæ. Anno. M. D. xlv.
¶ Lugduni, apud Iacobum Giuntam. xxxvi. & . xlvi.
¶ Lugduni, apud hæredes Iacob. Giuntæ, in forma me diocri. xlix. & . li.
¶ Lugduni, apud Iacobum Giuntam in mediocri forma Anno. xxxv. & . xlii. & . xlvi.
¶ Lugduni. ſub inſigni ſpheræ apud Egidium, & Huguetam fratres. . xl
¶ Lugduni, per Guillelmum Boule. xxxvii.
Lugduni, per Guillelmum Boule, in mediocri forma. Anno. xlii.
¶ Lugduni, per Scipionem de Gauiano. xxxvi.
¶ Lugduni, apud Hugonem aporta, in mediocri forma Anno. xlii.
¶ Lugdu. apud Hugonē a porta. xxxviii. & . xliiii. xlvi.
¶ Lugduni, apud Hugonem & hæredes Æmonis a porta . xliiii.
¶ Lugduni, per Iacobum de Millis in mediocri forma. Anno. li.
¶ Lugduni, ex officina Melchioris & Gaſparis Trechsel in mediocri forma. Anno. xxx ii.
¶ Lugduni, ſine nomine impreſſoris in mediocri forma Anno . xl.
¶ Lugduni, in ædibus Antonii Vincentii in mediocri forma. xl.
¶ Lugduni, ex officina Ioannis Mariſcal, in mediocri forma. xxxi.
¶ Lugduni, apud Theobaldum Paganum, in mediocri forma. Anno. Xxlij

¶ Lugduini

uados, y mas pague veynte ducados de pena, de los quales se de, la tercia parte al que lo denunciare, y la otra tercera parte para los gastos del sancto officio, y la otra tercera patte al iuez que lo sentenciare. Y queremos que la mesma pena se execute contra los libreros, mercaderes de libros y otras qualesquier personas que despues desta nuestra prohibicion metieren en los dichos reynos y señorios Biblias de las suso dichas o los dichos Testamẽtos nueuos deprauados aun que traygan borrados los herrores, segũ el tenor de esta Censura.

¶ Otro si, mandamos que el que corrigiere las dichas Biblias & borrare los dichos herrores. No pueda lleuar por ello y por el dicho auto, mas de hasta medio real castellano por cada Biblia el y el notario, & la mitad del dicho medio real por cada Testamento nueuo.

¶ Y mandamos que el impressor o librero que vendiere esta dicha Censura, no pueda lleuar por ello mas de los quarenta marauedis, en que por la cedula real esta tassada. So pena de veynte ducados para los gastos del sancto officio, por cada vna que a mas precio vendiere.

¶ Y porque lo suso dicho sea publico & notorio a todos, & ninguno dello pueda pretender ignorancia. Mandamos a los Reuerendos Inquisidores assi de esta villa de Valladolid, como de todas las otras inquisiciones de los dichos reynos y señorios. Que hagan luego publicar esta nuestra prouission y Censura en todos sus distritos & jurisdiciones, y principalmente en las yglesias cathedrales: y en otras yglesias y monasterios: en los pulpitos por los predicadores: y vniuersidades, y que

quando visitaren losdichos sus distritos: hagan leer editos contra las personas que tuuieren en su poder las dichas Biblias & libros prohibidos, o supieren que otros los tengan, o que esten en algunas librerias de monasterios, o vniuersidades, o collegios, o en otros lugares algunos para que lo vengan a dezir ante ellos, so las penas & Censuras que les paresciere poner. Y que procedan contra los que enello parescieren culpados: a execucion de las penas y Censuras aqui expressadas y declaradas, sin que enello aya descuydo ni remission alguna. En testimonio de lo qual: mandamos dar y dimos la presente firmada de nuestro nombre, y refrendada del secretario infrascripto. Dada en la villa de Valladolid a veynte dias del mes de Agosto, de mil y quinientos y cincuenta y quatro Años. F. Hispaleñ.

Por mãdado del Illustrissimo arçobispo de Seuilla mi. S.

Pedro de Tapia.

¶ Lugduni, apud Sebastianum Gryphium, in minima forma. Anno. M. D. xlii.

¶ Lugduni, apud Antonium Vincentium, in minima forma. xlii.

¶ Lugduni, apud Ioannem Mariscal. xxx ii.

¶ Lugduni sine nomine impressoris, quę in fine sic habet Biblia qua hactenus Vtitur Ecclesia latina. xxxvi. & xli.

¶ Lugduni, per relictam Ioannis Crispin. xlvi.

¶ Lugduni, apud Iacobum Grozet. xlvi.

¶ Lugduni, per Franciscum Gryphium. xlii.

¶ Lugduni, apud Ioannem Iuntam. xlvi.

¶ Lugduni, per Henrrichum Sabore. xxxvi.

¶ Lugduni, in ædibus Antoni Vincentii. xl.

¶ Parisiis, in officina Petri Regnault. xl. & xli.

¶ Parisiis, per eundem, sub Scuto Coloniensi. xliii.

¶ Parisiis, apud Robertum Stephanum, cum duplici translatione & glossis, in mediocri forma. xlv.

¶ Parisiis, ex officina eiusdem Roberti Stephani e regione scholæ decretorum. xxviii.

¶ Parisiis, per eundem. xl. & xlvi.

¶ Parisiis, in officina Simonis Colinei ꝓ Galeoto a prato mense Octobri. xli.

¶ Parisiis, apud Ceratum Guillardum. xlix.

¶ Parisiis, per Franciscum Gryphium. xli. & xlii.

¶ Tigurii, apud Christophorum Froscouerũ, in mediocri forma. xxxix.

¶ Venetiis, in taberna libraria diui Bernardini, in mediocri forma. xxxviii.

¶ Venetiis, ad signum Spei, in mediocri forma. xliiii.

¶ Venetiis, apud Petrum Ithechem & magustinũ. xlii.

Censura generalis contra omnes errores, qui in Bibliis per hæreticos deprauatis, reperiuntur.

Genesis. Cap. 15.

ABraham fide iustus

Hæc propositio & similes catholicæ sunt. At vero per eas intelligere, q solâ fides sine operibus iustificat est error: in quem sensum illam trahunt hæretici.

Leuitici. Cap. 17.

¶ Sacrificia priuata prohibet.

Suspecta annotatio, & ad legem nouam detorta, vt detorquent illam hæretici oblationes & missas priuatas tollentes, est hæretica.

Deutero. Cap. 4.

¶ Dehortatio a quacunque similitudine adoranda. Et ibidem, imagines ne fiãt quæ adorẽtur, solicite rursum dehortatur.

Ex his scripturæ locis & similibus deducere in lege noua non esse adorãdas Imagines ea adoratione qua Ecclesia Romana consueuit, vt hæretici deducunt, est error.

Ibidem.

¶ Verbo Dei nihil addendum aut detrahẽdum.

Ex his verbis velle colligere leges humanas esse tollendas, & inferre nihil esse credendum quod non sit expressum in sacris literis, aut nihil esse in noua lege præcipiendum quod non sit præceptum in eisdem, vt hæretici faciunt, est error.

Cap. 5.

¶ Solus Deus adorandus.

Hæc propositio excludens adorationem sanctorum, est erronea.

Cap. 7.

¶ Statuæ subuertendæ.

Hæc propositio vniuersaliter capta non habetur in scriptura sacra, sed est error, tollens imagines sanctorum, præterq̃; q hæretici in contemptũ Imaginum, eas vocant statuas.

Cap. 8.

¶ Cuncta Deo tribuenda, meritis ac hominum iustitiæ penitus nihil.

Hæc propositio falsa est & hæretica. Cum prorsus humana merita tollat & liberum arbitrium.

Cap. 9.

¶ Non propter iustitiam & æquitatem cordis tribuit quicquam Deus hominibus.

Hæc propositio falsa est & erronea, & si quæ similes alicubi reperiantur, cum sint contra liberum arbitrium & humana merita.

Cap. 11.

¶ Benedictio obedientibus verbo Dei, maledictio non credentibus.

Cum textus loquatur de non obedientibus, malitiose mutant in non credentibus. Quo innuere videntur eos qui non obediunt mandatis Dei, non habere fidem, quod hæreticum est.

Cap. 12.

¶ Faciendum quod Deus præcipit, non quod nobis rectum videtur.

Suspecta est nota, quod videatur tollere leges humanas.

Ibidem.

¶ Verbum Dei solum faciendum, cui nihil addendum.

Hæc propositio in sensu hæreticorum est erronea, quia tollit leges humanas, & docet nihil esse credendum quod non sit expressum in sacris literis, aut nihil esse in noua lege præcipiendum quod non sit præceptum in eisdem.

Cap. 15.

¶ Alendi pauperes, nec permittendi vt mendicent. Et ibidem, Prohibetur mendicitas.

Hæ & similes propositiones iniuriosæ sunt, & maliciose annotatæ, in odium religiosorum mendicantium.

Cap. 16.

¶ Satuam seu imaginem prohibet.

Hæc propositio docens esse tollendas imagines in noua lege, est erronea, præterq; q hæretici in contemptum imaginum eas appellant statuas, vt in illa Deute.7. Statuæ subuertendæ.

Cap.18.

¶ Propheta aliud quam verbum Dei prædicans, interficiendus.

Hæc propositio est suspecta, q videatur tollere doctrinam Ecclesiæ & sanctorum, & innuere, nihil esse docendum quod non sit expressum in scriptura diuina,

Cap.22.

¶ Charitas etiam brutis exhibenda.

Inepta & impropia locutio.

Cap. 30.

¶ Verbo euangelico prædicato, & corde credito, præceptum Dei impletur.

Hæc propositio vniuersaliter sumpta erronea est, significat enim sola fide impleri præcepta omnia, in quo sensu ab hæreticis sumitur.

Iosuæ. Cap.23.

¶ Hortatur populum vt soli Deo fidant.

Hæc propositio est suspecta, q videatur negare inuocationes & auxilia sanctorum. Et similis huic annotatur ab hæreticis alia ꝓpositio, Deut.8.

Regum Primo. Cap.7.

¶ Corde soli Deo seruiendum.

Hæc propositio vera est, sed si per hoc vellint tollere interiorem venerationem sanctorum, est error,

Cap. 12.

¶ Propter promissiones suas parcit Deus.

Hæc propositio est suspecta, q videatur innuere solam fidem impromissa Dei justificare, & nulla requiri opera.

Ibidem.

¶ Pœnitenti & fidenti parcit Deus propter promissiones,

Hæc propositio est eandem cum superiori, nisi q apertius declarat pœnitentiam nihil agere ad remissionem peccatorum. Qui hæreticorum nostri temporis præcipuus, est error.

Regum.2.Cap. 7.

¶ Nihil vult agi Deus sine verbo suo.

Hæc propositio vniuersalis falsa est & erronea. Tollit enim humanas leges, præcepta & institutiones.

Ibidem.

¶ Beneficia Dei tribuenda verbo, promissioni & bonæ voluntati eius.

Hæc propositio est caute legenda, ne excludantur nostra merita.

Regum.3. Cap.22.

¶ Deus per spiritum erroris in ore pseudoprophetarum seducit eos, qui verbum suũ oderunt.

In hoc loco & similibus diuina scriptura debet intelligi de permissione qua Deus interdũ permittit sceleratos homines ob sua flagitia decipi & seduci.

Regum.4. Cap.19.

¶ Propter seipsum & propter promissiones suas saluat Deus.

Hæc propositio suspecta est, vt illa primo. Reg.cap.12. Propter promissiones &c. Nam & propter opera saluat Deus.

Cap.20.

¶ Propter se & promissa saluat Deus.

Hæc est eadem cum superiori.

Paralip.1. Cap.17.

¶ Sine verbo suo nihil vult agi Deus.

Hæc propositio vniuersalis falsa est, & erronea. Vt illa.2. Reg. cap.7. Nihil vult agi, &c.

Paralip.2. Cap. 19.

¶ Deus per spiritum erroris in ore pseudoꝓphetarum seducit interdum eos, qui verbum suum oderunt.

Hæc propositio eadem est cum illa.3. Reg.cap.22. & ideo eadem censura est notanda.

Cap. 16.

¶ Confessio.

In hoc loco suspecta est nota, in odium confessionis auricularis.

Iob. Cap. 4.

¶ Solum Deum iustum, omnes homines iniquos.

Hæc propositio erronea est, quia contra scripturam quæ multos appellat iustos.

Cap. 9.

¶ Hominis iustitiam esse nullam apud Deũ.

Hæc propositio falsa est & hæretica, cum neget iustitiam operum humanorum,

Cap. 12.

¶ Negat hominum merita æstimari apud Deum.

Hæc a perte falsa est, & hæretica.

Cap. 16.

¶ Docet Deum iuxta suam voluntatem non nostra merita hic punire.

Hic titulus si loquatur vniuersaliter, falsus est & reiiciendus. Interdum enim in hoc seculo propter demerita punit Deus.

Cap. 31.

¶ Iob vult hominibus fortunam ex prouidentia Dei esse, non ex suis meritis.

Hæc propositio negans bona temporalia aliquando dari hominibus propter merita, falsa est, cum sacra scriptura multos referat, memoretq; bona temporalia propter sua opera a Deo recepisse. Falso ergo tribuit Iob prædictam sententiam.

Psalmus. 17.

¶ Puritas Christi quæ & nostra facta est.

Hæc propositio & si vera sit iuxta sensum catholicum, iuxta sensum tamen hæreticorum duplicem continet errorem. Primus est qui asserit homines iustos & puros, non per puritatem aut iustitiam propriam quæ illis in hæreat, esse iustos, sed per iusticiam Christi, illis (vt hæretici aiunt) imputatam. Alter error in hac propositione latens, est, ꝙ opera nostra nihil ad purificandum aut iustificandum hominem, conducant.

Psal. 31.

¶ Docet quanta sit istius hominis felicitas, qui assequutus sit per fidem veniam peccatorum

Hæc propositio si soli fidei tribuat veniam peccatorum, est hæretica.

Psal. 33.

¶ Peccata non imputat Deus sanctis suis.

Hæc propositio iuxta sensum hæreticorum, est hæretica. Dicunt enim iustum semper esse in peccato, & in omni opere peccare, sed non imputari a Deo.

Psal. 36.

¶ Fideles non derelinquuntur a Deo.

Hæc propositio falsa est & hęretica, quamuis hæc sit vera, iusti non derelinquuntur a Deo. Et hinc constat falso hæreticos & ex industria, semper vertere fidelem pro iusto.

Psal. 43.

¶ In solo Deo sperandum, qui solus saluat propter se ipsum.

Huius propositionis secunda pars, est vt illa. 4. Reg. cap. 19. propter seipsum & propter promissiones suas saluat Deus.

Psal. 54.

¶ In tribulationibus omnia Deo cõmittenda.

Hæc propositio est suspecta, quod videatur reiicere omnem prudentiam & industriam humanam.

Psal. 63.

¶ Christus satisfactio pro peccatis.

Hæc propositio vera est & catholica, cæterum in sensu hæreticorum, quod scilicet opera nostra non sint satisfactoria pro peccatis, est hæretica.

Psal. 80.

¶ Qui Deo credit in nullo alio fidit.

Hæc propositio cum aperte tollat inuocationem & auxilium sanctorum, est erronea.

Psal. 88.

¶ Peccatores punit saluaturus quidem Deus, sed tantum propter suam misericordiam.

Hæc propositio si per eam negare veint hæretici, opera nostra esse meritoria salutis æternæ, est hæretica.

Psal 90

¶ Canit quam tutus agat liberq; a malis vniuersis, qui Deo se sola fide cõmiserit.

Hæc vera est, sed suspecta, q innuat tantam fidei certitudinem, quæ omnino excludat timorem, & prorsus a malis spiritualibus reddat liberum, presertim cum in textu nulla sit mentio de fide.

Psal. 93.

¶ Misericordiæ Dei dono fidelis non perit cum infideli.

Hæc propositio suspecta est, quia non distinguit fidelem a justo: nec iustum ab iniusto nisi per hoc q iniusto imputatur peccatũ, non autem iusto.

Ibidem.

¶ Solus Deus adiutor & saluator.

Hæc propositio quatenus dicit solum Deum adiutorem suspecta est, q videatur tollere sanctorum & iustorum auxilia.

Psal. 141.

¶ Fide liberabimur.

Hæc propositio catholica est, verum si intelligatur q sola fides sine operibus iustificat, est hæretica. In quem sensum detorquent illam hæretici, vt illa Abraham fide iustus, Genes. 15.

Prouerbiorum. Cap. 5.

Propriis laboribus vult Deus nos viuere.

Hæc propositio est vt illa Deuter. 15. prohibetur mendicitas.

Ecclesiastes. Cap. 9.

¶ Per iustiam operum nescit homo, an odio vel amore dign⁹ sit.

Praua interpretatio loci, in odium operum humanorum. Nam & si per iustitiam operum, nemo sciat an odio vel amore dignus sit, tamen nec per iustitiam fidei, quod illi latenter significant.

Cap. 11.

¶ Omnia comittenda diuinæ prouidentiæ.

Hæc propositio catholica est, si tamen per eam tollunt humanam industriam hæretica est.

Ibidem.

¶ Omnia a Deo.

Hæc propositio vera est, & catholica: sed inde colligere, mala culpę esse a Deo, vt hæretici colligunt, est hæretica.

Sapientiæ. Cap. 13.

Quam vane student, qui in creaturis quæ-runt diuinitatem, & fatue adorant preces porrigentes.

Hæc propositio vera est, sed cauenda est hæreticorum malitia per, hoc significantium non esse ad sanctos fundendas preces.

Ecclesiastici. Cap. 11.

¶ Ab externis nemo iudicandus.

Si per externa intelligantur opera exteriora, vt intelligunt hæretici, propositio est erronea.

Cap. 39.

¶ Malis omnia in malum cooperantur.

Hæc propositio erronea est. Nam malorum opera bona, in bonum eis cooperantur, & ad multa iuuant.

Ibidem.

¶ Bona bonis prosunt, malis autem etiam bona sunt mala.

Huius propositionis secunda pars est erronea.

Esaiæ. Cap. 1.

¶ Execratur dominus peccata iudæ vna cum sacrificiis.

Hæc propositio quo ad secundam partem suspecta est, ꝙ videatur damnare sacrificia, ceremonias, & exteriorem cultum.

Esa. Cap. 8.

¶ Fiducia in Deo, non in humano auxilio.

Hæc propositio suspecta est, quia videtur tollere inuocationes & auxilia sanctorum.

Cap. 25.

¶ Fideles impiis iudęis mactatis, q̃uis inuoluti sint multis malis, seruabũtur per Christũ.

Hæc propositio temeraria est & erronea, vniuersam salutem soli fidei tribuens.

Cap. 28.

¶ Christus credentibus salus.

Hæc propositio est vt illa, Gene. 15. fides iustificat.

Cap. 30.

¶ A creaturis auxilium petentes decipiuntur.

Hæc propositio in sensu hæreticorum scilicet quod non sint inuocandi sancti, erronea est.

Similis est illa quæ in aliis impressionibus in hoc loco habetur, Irascitur Deus si præter ipsum humano consilio siue auxilio innitamur atq; ideo eadem censura est plectenda.

Cap. 43.

¶ Nulla in nobis iustitia.

Hæc propositio falsa est & hæretica, cum tollat prorsus iustitiam operum humanorum, & omnem iustitiam nobis inhærentem.

Ibidem.

¶ Soli Deo fidendum.

Hæc propositio suspecta est quod videatur negare orandos esse sanctos.

Cap. 45.

Deus cum sit creator omnium ipse solus est inuocandus.

Hæc propositio est erronea, cum tollat inuocationem sanctorum.

Ibidem.

¶ Christus iustitia nostra, & in aliis Bibliis, Deus iustitia & fortitudo nostra.

Hæc propositio vera est: qui tamen per illam volunt tollere iustitiam nobis inhærentem, aut iustitiam operum humanorum, errãt, vt in illa Psal. 17. Puritas christi &c.

Ibidem.

¶ In Hypocritas qui se externis operibus sanctificant.

Hæc in sensu hæreticorum scilicet quod bona opera exteriora sint Hypocrisis, & reddant operantem hypocritam, erronea est.

Cap. .46.

¶ Execratur culturam Imaginum insensibilium dominus.

Hæc propositio deriuata ad legem nouam, est erronea, cum tollat venerationem Imaginum.

Cap. 51.

¶ Aufer timorem humanum a fidelibus.

Hæc propositio suspecta est, ꝙ illum errorem præse ferat, videlicet tantã esse fidei certitudinem vt omnem timorem excludat.

Cap. 53.

¶ Christus iustitia nostra.

Hæc propositio iam superius annotata est. cap. 45.

Cap. 58.

¶ Elidit dominus Iudæorum prœsumptionẽ, qua confidebant legis scientiæ, orationi, ieiunio, sabbato, & diuino cultui.

Suspecta annotatio in odium ceremoniarum & operum exteriorum.

Ibidem.

¶ Instigat prædicatores, vt libere hypocrisim humanorum operum redarguant.

Hæc propositio est vt illa, In hypocritas qui se in externis operibus sanficant Esaiæ. 45. & ideo eadem censura est notanda.

Hieremiæ. Cap. 7.

¶ Iubet Hieremias annuntiare populo verbũ domini, confidenti in externo templi cultu nihil iuuante.

Hæc propositio erronea est, cum asserat externas cæremonias & exteriorem cultum nihil iuuare. Ibidem.

¶ Prohibet dominus orare pro populo.

Hæc propositio cum vniuersaliter significet non esse orandum pro populo, erronea est, & contra morem Ecclesiæ & sanctorum, & calumniam infert textui sacro, qui solum prohibet pro populo Iudaico orare, quia obstinatus erat.

Cap. 8.

¶ Inuitat eum Dominus ad resipiscenciam.

Perperam hæretici pœnitentiæ nomen mutant in resipiscentiam, quā definiunt esse vitæ mutationem, aut emendationem sine dolore peccatorum præteritorum. Et hæc censura deseruiat vbicunq; pœnitentiæ nomen mutatur in resipiscentiam.

Cap. 14.

¶ Neq; ieiunia, nec victimæ obstinatis prossunt.

Hæc propositio falsa est & erronea, cum prosint illis, tum ad bona temporalia, tum vt conuertantur a peccatis.

Baruch. Cap. 2.

¶ Vera Christianorum confessio.

Hæc propositio suspecta est, in illo loco posita, quia latenter tollit confessionem auricularem, quam hæretici tollunt.

Ezechiel. Cap. 14.

¶ Contemptores verbi sui decipit interdum Deus.

Hæc propositio est vt illa .3. Reg. cap. 22. Deus per spiritum erroris in ore pseudoprophetarum seducit interdum eos qui verbum suum oderunt & ideo eadem censura notanda.

Ibidem.

¶ Iusti non liberabunt impios a malis immissis, sed ipsi iusti tantum in sua iustitia saluabuntur.

Hæc propositio falsa est & erronea, cum sæpe iustorum orationibus peccatores liberentur ab immissis malis.

Cap. 33.

¶ Impio resipiscenti anteacta peccata non imputantur.

Hæc propositio si intelligatur de imputatione ad pænam temporalem, vt hæretici intelligunt, ex hoc tollentes purgatorium, est erronea.

Danielis. Cap. 9.

¶ Vera confessio.

Hæc annotatio est vt alia quæ habetur Baruch.2.

Osee. Cap.9.

¶ Malorum sacrificia displicent Deo.

Hæc propositio si intelligatur q Deus reprobet peccatorum sacrificia, aut q nolit ea fieri, est erronea.

Abacuc. Cap.2.

¶ Iustus ex fide viuit, & impius vbiq; perfide agit.

Hæc propositio quo ad secundam partem erronea est, cum aperte asserat peccatorum opera nihil prorsus valere.

Zachariæ, Cap.7.

¶ Ieiunia absq; operibus misericordiæ nihil esse.

Hæc propositio falsa est & erronea, atq; in odium Ecclesiastici ieiunii annotata.

Cap.14.

¶ Omnia sancta in ecclesia Dei, & impii ex ecclesia pellendi.

Huius propositionis vtraq; pars, est etronea, cum aperte excludat peccatores ab ecclesia.

Mathei. Cap.8

¶ Qui sine operibus est Christi non est.

Hæc propositio si intelligatur non esse Christi per gratiam, vera est, Cæterum in sensu hæreticorum, scilicet q non sit membrum ecclesiæ per fidem, erronea est.

Cap.9.

¶ Paraliticus fide sanatur a corporis infirmitate & a peccatis.

Hæc propositio eadem censura plectenda est, qua illa, Abraham fide iustus Gene.15. cum sentire videatur fidem solam sanare a peccatis.

Ibidem.

¶ Fide sanatur mulier, Cæci duo fide in Cristum sanantur.

Hæ propositiones si intelligantur de sanitate spirituali, ad quam malitiose videntur alludere hæretici, eadem Censura notandæ sunt qua illa Gene.15. fides iustificat. Eædem propositiones habentur.c.16.&.20.& sicubi alibi repertæ fuerint, eadem censura plectantur.

Cap.11.

¶ Exprobat Dominus ciuitatibus quæ non crediderunt.

Hæc propositio, cum textus loquatur de non agentibus pænitentiam, praue mutat non pænitentes in non credentes, vel in infideles.

Cap.12.

¶ Iudæi fide puri.

Hæc propositio est vt illæ. Math. 9. fide sanatur mulier: cæci duo fide in christum sanantur.

In titulo. Cap. 15.

¶ Traditiones humanæ & ciborum delectus reiiciuntur.

Hæc propositio hæretica est & erronea, cum tollat leges ecclesiasticas ieiunia præcipientes, & certum ciborum genus interdicentes.

Cap. 19.

¶ Vxor ob solam fornicationem dimittēda.

Hæc propositio si intelligatur quoad vinculum, erronea est.

Cap. 20.

¶ Operariorum æquale præmium. Ideſt æquale in vinea Domini operantibus datur præmium.

Hæc propositio suspecta est, quod videatur tollere merita operum, atq; adeo inæqualitatem meritorum.

Cap.22.

¶ Vestis nuptialis fides.

Hæc propositio erronea est, quod tribuat fidei quod est charitatis.

Marci. Cap.10.

¶ Vxor ob solam fornicationem dimittenda.

Hæc propositio in hoc loco præter textum Marci est, & si intelligatur quo ad vinculum, est erronea.

¶ Vita in verbo Dei.

Hæc propositio vera est & catholica, sed suspecta, quod latenter indicet, fidem solam verbi Dei, ad vitam sufficere.

Ioannis. Cap.1.

¶ Filii Dei qui christo credunt.

Hæc propositio catholica est, in prauum tamen & erroneum sensum detorta ab hæreticis, quod fides sola faciat filium Dei.

Cap.3.

¶ Fides vita æterna.

Hæc propositio catholica est, verum perperam interpretata ab hæreticis, quod sola fides ad vitam æternam sufficiat. Eadem propositio habetur. cap. 4. & .5. & .11.

Cap. 15.

¶ Opera nulla sine fide.

Hæc propositio falsa est, cum tollat opera moraliter bona.

Ibidem.

¶ Opera a Deo.

Hęc propositio catholica est, sed per eam male intellectum est ab hæreticis, quod bona opera sint a solo Deo.

Cap.17.

¶ Sanctitas Christi nostra.

Hæc propositio eadem censura castiganda est, qua illa, psal. 17. Puritas Christi, quæ & nostra facta est.

Actuum. Cap.10.

¶ Remissio peccatorum fides.

Hæc propositio vera est, sed in sensu hæreticorum quod sola fides in Christum sufficiat ad remissionem peccatorum, erronea est.

Ad Roma. Cap.4.

¶ Fides iustificat, non opera.

Hæc propositio hæretica est, cum significet sola fide iustificari hominem, & opera non requiri.

Ibidem.

¶ Abraham fide iustus, Et Abraham quo modo fide iustus, Et fidei iustitia.

Quæ omnes propositiones eadem Censura notandæ sunt, qua illa, Gene.15. Nam si per eas intelligatur ꝙ sola fides sine operibus iustificat, hæreticæ sunt.

Cap.10.

¶ Iudæi diuinam ignorantes iustitiam, quæ ex fide est, a gratia Dei exciderunt.

Hæc propositio est eadem censura notanda, qua proxime precedentes.

Ad Corinth.1. Cap.4.

¶ Nemo iuxta exteriorem hominem iudicandus.

Hæc propositio erronea est, quia tollit iudicium humanum.

Cap.6.

¶ Christianus non debet litem intendere proximo.

Hæc propositio erronea est.

Ibidem.

¶ Iniuriæ & damna Christianis ferenda.

Hæc propositio duplici ratione suspecta est. Nam primo indicat non esse resistendum Turcis, aut aliis infidelibus, cum bella christianis inferunt, vt Lutherus docuit. Deinde non licere christianis, apud iudicē aut res suas repetere, aut iniurias persequi, quod etiam Lutherani docent, in vtraq; parte turpiter errantes.

Ad Corinth.2. Cap.1,

¶ Sancti sunt qui Christo fidunt.

Hæc propositio erronea est quatenus sensum habet vniuersalem, ꝙ sola fides seu fiducia in christum reddat homines sanctos.

Ad.Galatas. Cap.2.

¶ Viuere in fide, & cap.iii. & .v. Ex fide iustitia. Ex fide iustitia non ex lege.

Hæ omnes propositiones eadem censura notandæ sunt, qua illa propositio. Fides iustificat. Nam si per illas intelligatur, ꝙ sola fides sine operibus iustificat, hæreticæ sunt.

Ad Philipen

Ad Philippenses. Cap.3.

¶ Præter cognitionem vnius Christi, omnia nihili facit Paulus.

Hæc propositio suspecta est, quia videtur tollere valorem charitatis, & oporum, & solam fidem magnificare.

Ad Tessaloni.1. Cap.1.

¶ Gratiarum actio propter fidem a Deo datã.

Cum Paulus loquatur etiam de spe, & charitate, aliisq; bonis operibus, praue in hoc loco annotatur sola fides.

Cap.4.

¶ Mortui non lugendi.

Hæc propositio negans licitum esse lugure mortuos falsa est, & contra morem sacræ scripturæ.

Cap.5.

¶ Dies iudicii piis non formidandus.

Hæc propositio erronea est, cum aperte significet tantam fidei certitudinem quæ omnino timorem excludat.

Ad Thessa.2. Cap.1.

¶ Pœna in credulis Euangelio.

Maliciose annotata propositio, cum textus loquatur etiam de non obediẽtibus Euangelio. Et ita videtur innuere omnes in obedientes esse incredulos, quod est hæreticum. Cap.3.

¶ In eos qui non laborant manibus.

Hæc propositio eadem Censura castiganda est, qua illa Deute.15. Prohibetur mendicitas.

Pri.a Ad Thimothe. Cap.1.

¶ Lex non iusto sed impio data.

Hæc propositio est vera, qui tamen per illam docent, ꝙ iustus non sit subditus legibus, errant.

Ad Titum. Cap.2.

¶ Fide mundatos opera sequuntur.

Quod dicitur fidem mundantem sequi opera, hæresis est noua, tribuens soli fidei, quod charitati etiam est tribuendum.

Ad Hebræos. Cap.6.

¶ Deficientes a fide nulla alia hostia expiantur quam Christi.

Hæc propositio vera est. Verum suspecta: quod videatur negare opera nostra ad iustificationem concurrere.

Ad Hebræ. Cap. 10.

¶ Oblatio Christi sola pro peccatis.

Hæc propositio duplici ratione suspecta est. Primo quia videtur docere, missam non posse pro peccatis offerri, vt hæretici horum temporum perniciosissime errantes docent. Deinde videtur omnino excludere opera nostra satisfactoria.

Ibidem.

¶ Sacrificia omnia reiiciuntur præter solum Christum.

Cum Paulus loquatur de sacrificiis veteris legis, male detorquetur textus scripturæ sacræ ad nouam, vt priuata sacrificia, & oblationes excludat quod hæreticum est.

Ibidem.

¶ Reiicientes Christum nulla hostia purgantur.

Hæc propositio suspecta est: quia innuere videtur, quod, qui fidem amiserunt non possunt eam recuperare: quod est aperte hæreticum.

Cap. 12.

¶ Accedendum ad Christum qui solus est audiendus.

Huius propositionis secunda pars suspecta est, cum videatur innuere, nec audiendam ecclesiam, nec recipiendam doctrinam sanctorum.

Iacobi. Cap. 2.

¶ Per opera fidem iudicari.

Hæc propositio suspecta est, quod ad illud spectare videatur opera solum ostendere fidem, & nihil conferre ad iustificationem, nec ad promerendam gloriam, quod hæreticum est.

Ibidem.

¶ Fides sine operibns non est fides.

Hæc propositio cun alludat ad hæreticorum errorem, quod in peccatoribus post peccatum nulla maneat fides, aut quæ manet, non esse veram fidem, falsa est & eronea.

¶ Abrahe opera per fidem. Raab opera per fidē.

Vtraq; propositio suspecta est, q͂ videatur opera bona principaliter tribuere fidei tanq̃; formæ, cum hoc sit potius charitatis.

Prima Ioannis. Cap. 5.

¶ Nasci ex Deo, est habere fidem in Christū.

Hæc propositio vera est, & catholica, sed in sensu hæreticorum q͂ sola fides filium Dei faciat, est hæretica.

¶ OMnes hi errores continentur in marginibus, aut in Titulis capitulorum in varijs Biblijs annotati, qui abradendi sunt, vt in fronte huius Censuræ decretum est.

Et præter hanc Censuram generalem, oportuit alteram peculiarem addere in Bibliam quæ impressa est Lutetiæ sub mediocri forma in officina Roberti Stephani cum duplici translatione vulgata, & noua, & cum scholiis Vatabli. Anno 1545.

De hac igitur Biblia imprimis censemus totum nouum Testamentum esse omnino resecandū, reiiciendumq;, propter plurimos errores qui illi⁹ scholijs sunt inserti. Nam Testamentum vetus paucissimos errores continet, ac sub his verbis quæ catholicum sensum facile admittant. Quapropter eius scholia permittimus, prę sertim viris doctis, quibus plurimum prodesse possunt: sed ne rudes, & illiterati decipiantur, pauca quædam hic notare volumus, quæ suspitionem aliquam hæresis præbere poterant.

Genesis. Cap. 15. numero. 13.

¶ Et reputauit ei illam ad iustitiam, illam subaudi fiduciam, idest ob eam credulitatem, qua creditur Deo liberos promittenti: iustus apud ipsum Deum habitus est.

Hæc expositio eadem suspectione laborat, qua propositio illa, Abraham fide iustus. Ad hæc fidem vertit in fiduciam.

Esaiæ. Cap. 63. numero. 5.

Ego sum, qui nuper prædicabam cum viuerē in mundo, iustitiam, & eam quidem quæ est per fidem in me.

Hæc propositio est vt illa ad Rom. 4. fides iustificat.

Hieremiæ. Cap. 31. numero. 63.

¶ Fædus nouum facile est, leue, beneuolẽtię & securitatis plenum, nan continet illam magnificam promissionem salutis, & remissionis peccatorum, quam cõsequuturi sunt, qui in Christum crediderint.

Hæc suspecta est sicut illa, fides iustificat.

Osee. Cap. 2. numero. 45.

¶ Per iustitiam idest per fidem, qua iustificãtur homines.

Hæc propositio eandem cum præcedentibus suspitionem affert.

¶ NOua Testamenta separtim a Bibliis excusa eadem generali Censura emẽdentur in quibuscunque locis deprauata fuerint.

Censura prohibens Bibliam impræssam Basileæ apud Ioannem Oporinum. Anno. M. D. Liiii. Mense Martio. Sebastiano Castelionæ interprete.

IAM iam erat in manus tuas formulis excussa, traddenda, optime lector, hæc nostra Censura, qua decreuimus sacrorum Bibliorum volumina alicubi hæreseos labe, aut eius suspictione deprabata, munienda, ne cui post hac per ignorantiam impingere contingat. Cum ad nos delata est, noua quędam traslatio. Sebastiano Castalione interprete apud Ioannem Oporinum, Basileæ excusa, Anno a Chri

to nato. M. D. liiii. Mense Martio: quam ne temere va
gari permiteremus, & horum temporum calamitas mon-
nuit, & asiduamuneris nobis demandati cura postulabit
Et vt diligentius, oculatiusq; quid de ea statuendum esset
discuteremus, vel titulus ipse traslationis exegit, intellige
tes nimirum nullum perniciosiorem lapsum inueniri pos
se, q̃ qui textui insertus sacrarum litterarum auctoritate
tueatur, quod malum (vt iam te monuimus) deus hacten⁹
ab alioquī deprabatis Bibliis auertit, quousq; libuit huic
Sebastiano sic vertere, vt preter hæreses in quas aliquan-
do in suis additionibus incidit, in textu autem non raro il
lis faueat, alicubi vero sic consulto transferre videtur, vt
infirma reddat fundameta quibus axiomata Christiana,
et religioni q̃ necesaria: nituntur, ita redens sacrarum lit-
terarum testimonia quibus illa astruxerunt antiqui pa-
tres ab initio nascentis ecclesię vsq; in presentem diem, vt
nihil illis fauere videantur: eo forsam animo (vt suspicari
licet) vt diruto fundamento, ruat quæ superponitur
structura. Adde q; mirum in modum delectatur poetarum
& historiographorum stilo vocibus nimium exquisitis,
ac proinde obscuris, ornato. Indigno sane multoties dibi-
næ scripturæ pondere & magestate. Et quod minus feren
dum est, q; dum vnicum eius studium institutumq; esse vi
deatur, vt in nulla re conuenientem cum nostra ędítione
translationem edat, frequenter inusitatis vocibus & pe-
regrino sermone labefactat vim atq; energiam magnifici
cuiusdam sensus, quem recepta iam in vsu verba præse se
ferre intellexerunt viri non minus pii q̃ eruditi, qui diu

in ſacris literis nõ ſine magna reipublicę chriſtianę vtilitate verſati ſunt. Quamobrẽ peritorũ virorũ nec dubiæ ſi dei conſilio vſi, indignam eſſe cenſuimus quæ manibus chriſtianorum libere contrectetur, ꝗ̄uis non negemus inueniri aliqua quæ ſine periculo legi poſſent, ſed nõ ſunt tanti momenti, vt arbitremur magna vtilitate carituros ſtudioſos, ſi ea caruerint, quim potius iudicaremus nõ paruam erroris anſam nos pręſtitiſſe, niſi prohibuiſſemꝰ ſicut per hoc noſtrum edictum prohibemus.

Ingenium volitat,



Paupertas deprimit ipſum.